

GRENOBLE

50. PONTIFICAL DE GRENOBLE. XII^e SIÈCLE, 1^{re} MOITIÉ OU MILIEU

Grenoble ; bibliothèque municipale, ms. 140.

Fol. 1. En écriture moderne : : « Ce manuscrit est du 13^e siècle. » — « Rituel pour les cérémonies ecclésiastiques du commencement du XIII^e s. J. M. »

Fol. 2. « Incipit ordo ad vocandum et examinandum seu consecrandum electum episcopum. *Sabbato diei, circa vesperam, sedente domno apostolico in atrio iuxta ecclesiam, venit archipresbyter indutus casula cum clericis illius ecclesie cui electus consecrandus est, et flectens genua ante apostolicum, benedictionem petit dicendo : Iube, domne, benedicere. — Respondit (sic) apostolicus : Nos regat et salvet celestis conditor aule. — Archipresbyter autem surgens procedit paululum, et petens benedictionem genuflectit et dicit : Iube, domne, benedicere. — Resp. Nos Dominus servet, custodiat atque gubernet. — Tercia vero vice... » — 3 v^o — « ...Et dicat apostolicus Tu videris. Quia ergo omnium vota in te conveniunt, hodie abstinebis, et cras, Deo annuente, consecraberis. Tunc discedunt singuli in loca sua. »*

Fol. 3 v^o. « *Dominica vero die, progreditur domnus apostolicus cum electo et cuncto clero et populo ad ecclesiam ubi ipsam fieri vult ordinationem, et ingressus sacrarium, induit se vestimenta pontificalia. Post pusillum, procedit e sacrario cum diaconibus et reliquis ministris, sicut dominicis diebus mos est procedendi ; et electus, sacris vestibus indutus — 4 — procedit simul cum eo et ceteris episcopis e sacrario ante altare. Factoque conventu, fiat examinatio talis : Antiqua sacrorum patrum institutio docet et precipit, ut is qui ad ordinem episcopatus eligitur, antea diligentissime examinetur... — 6. Et sic examinatus et bene instructus, cum consensu clericorum et laicorum, ac*

conventu totius provincie episcoporum, in nomine Domini ordinetur. Factoque scrutinio, dominus apostolicus, mox ut vult, indicat cantori ut incipiat antiphonam ad introitum : Benedicat te hodie Deus, cum psalmo : Deus deorum, et Gloria... »

Fol. 6 v^o. « *Tunc [post graduale] egreditur archidiaconus cum acolitis et subdiaconibus, et induit ipsum electum dalmaticam et cambagos et planetam. Duo autem episcopi, casulis induti, deportant eum superius iuxta altare, et convertens se apostolicus ad circumstantes, dicat hanc exortationem : Oremus, dilectissimi nobis, ut huic viro utilitati Ecclesie providens... tribuat largitatem. Per. — Et statim incipit clerus Kyrie eleison cum letania, et prosternit se ordinator electi — 7 — simul cum electo et ceteris episcopis ante altare super stramenta usque dum dicat scola : Agnus Dei. Ut autem surrexerint, duo episcopi ponunt et tenent evangeliorum codicem super cervicem eius et inter scapulas clausum, et, uno super eum fundente benedictionem, reliqui omnes episcopi qui adsunt, manibus suis caput eius tangunt, et dicit ordinator : Propiciare, Domine, supplicationibus nostris... effunde virtutem. — Dominus vobiscum... Sursum corda. — Gratias agamus... Vere dignum... honor omnium dignitatum... — 7 v^o — ...celestis ingenti flore (sic) sanctifica. — Hic mittit crisma in caput eius in modum crucis : Ungatur et consecratur caput tuum celesti benedictione in ordine pontificali, in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. R⁷. Amen. — Pax tibi. R⁷ Et cum spiritu tuo. Hoc, Domine, copiose in eius capite influat... — 8 v^o — ...tuo munere idoneus, tua gratia possit esse devotus. Per. Respondeant omnes. Amen. »*

Fol. 8 v^o. « *Completa benedictione, confirmat manum, et pollicem consecrat eum [=cum] crismate dicens : Deus et Pater D. n. I. C. qui te ad pontificatus sublimari voluit dignitatem... — ...cunctis proficiat ad salutem. Per. — R⁷. Amen. — Cum datur baculus episcopalis, dicit ordinator : Accipe baculum pastoralis officii... — severitatis censuram non deserens. — Ad anulum digito imponendum. — 9 — Accipe anulum, fidei scilicet signaculum... illibate custodias. — Tunc ei apostolicus det librum evangeliorum, ita dicendo : Accipe evangelium et vade, predica populo tibi commisso, potens est enim Deus augere tibi gratiam. Qui vivit... — Tunc electus dat osculum pontifici et diaconibus omnibus, et tenens eum archidiaconus deportat in presbyterium, et dat osculum episcopis et presbyteris, et canitur tunc Alleluia. Diffusa est gratia. — Tractus. Desiderium anime... Deinde evangelium legitur... »*

Fol. 9 v^o. « *Cum autem venerit ad communicandum, dominus episcopus porrigit ei sacram oblationem integram, suscipiensque eam, episcopus ipse ex ea communicet super altare ; quod vero residuum fuerit, sibi reservet denuo ad communicandum unoquoque die usque ad XL dies expletos ; et postmodum, iussus a domno pontifice, communicet populum cum ceteris episcopis. Communio. Messis quidem multa... — Ad complendum. — 10 — Plenum, quesumus, Domine, in nobis remedium tue miserationis operare... et sic foveri ut tibi in omnibus placere valeamus. Per. — Edictum quod dat pontifex episcopo cui benedicit : Dilecto nobis fratri ill. episcopo, ill. pontifex. Quoniam, ut credimus, divino te nutu vocante, clerus et populus civitatis ill. unanimiter*

elegerunt rectorem, et ad nos usque perducentes, petierunt consecrari episcopum, et ideo, Deo annuente, per manus nostre impositionem episcopus consecratus es... — 12 v^o — ...supra multa te constituam, intra in gaudium domini tui. »

Fol. 12 v^o. « *Orationes ad abbatem benedicendum vel abbatissam.* — 13 — . Quesumus omnipotens Deus, famulum tuum, quem ad regimen animarum eligimus... — ...nostra electione placeamus. Per. — Cunctorum institutor Deus, qui per Moisen famulum tuum... — ...intra in gaudium Domini tui. Quod ipse prestare. — *Tunc imponat ei manum super caput dicens in modum prephationis.* Omnipotens sempiterne Deus, affluentem spiritum tue benedictionis super famulum tuum, nobis orantibus, propiciatus infunde, ut qui per manus nostre impositionem hodie abbas instituitur... 13 v^o — ...donativa perveniat. — *Tunc det ei regulam dicens :* Accipe regulam a sanctis patribus nobis traditam ad regendum custodiendumque gregem tibi a Deo — 14 — creditum, quantum Deus ipse te confortaverit ac fragilitas humana permiserit. — *Tunc tradat ei baculum dicens :* Accipe baculum pastoralitatis quem preferas ceterve tibi commisse ad exemplum iuste severitatis et correptionis. » (Aucune mention de l'anneau ni de l'intronisation.) — « *Benedictio abbatisse.* Domine Deus omnipotens, qui sororem Moisi Mariam... — ...sequantur Agnum quocumque ierit Christum. » Aucune autre prière ni rubrique pour la bénédiction de l'abbesse.

Fol. 14. « *Benedictio sanctimonialium virginum vel viduarum.* Sanctimonialis virgo, cum ad consecrationem sui episcopi offertur, in talibus vestibus applicetur qualibus semper usitatura est, professioni et sanctimonio aptis. *Benedictio vestimentorum.* Dominus vobiscum... Deus, eternorum bonorum fidelissime promissor... — 14 v^o — ...immortalitate vestiri. Per. — Deus, bonarum dator virtutum... — ...dicata amictu. Per. — Exaudi, omnipotens Deus, preces nostras, et has vestes quas famula tua... — ...continentia ditetur. Per. — 15 — Famula tua, Domine... — ...custodiat in eternum. Per. — Deus, castorum corporum benignus habitator... — 16 — ...probabilis mansura castitate permaneat. Per. — Te invocamus, Domine sancte, Pater omnipotens, eterne Deus, super hanc famulam tuam, que tibi vult servire pure mente mundoque corde... Per immaculatum Filium tuum D. n. I. C. Qui tecum... » — (Aucune mention de l'anneau ni de la couronne).

Fol. 16. « *De ordinationibus presbiterorum et reliquorum ordinum.* — 16 v^o — *Episcopus, quando ordinationes facere disponit, omnes qui ad sacrum ministerium accedere volunt, feria quarta ante ipsam ordinationem evocandi sunt ad civitatem, una cum presbiteris qui eos representare debent ; et tunc episcopus, a latere suo, eligere debet sacerdotes, et alios prudentes viros, gnaros legis divine et exercitatos in ecclesiasticis sanctionibus, qui ordinandorum vitam, genus, patriam, etatem, institutionem, locum ubi educati sunt, si sint bene litterati, si in lege Domini instructi, diligenter investigent, ante omnia si fidem catholicam firmiter teneant, et verbis simplicibus asserere queant... Igitur, per tres continuos dies diligenter examinentur, et sic sabbato qui probati inventi fuerint, episcopo represententur. Que ipsis sacerdotibus necessaria sunt ad discendum,*

id est, liber sacramentorum, lectionarius — 17 — baptisterium, compotus, kanon penitentialis, psalterium, omelie per circulum anni dominicis diebus et singulis festivitibus apte; ex quibus omnibus si unum defuerit, sacerdotis nomen vix in eo constabit... — Ex concilio Calcidonensi... — Ex concilio Cartaginensi... — 19 v^o — ...Gelasii pape... — Leonis pape epistola I... — Gregorii pape VII, de ieiunio et ordinatione facienda in ebdomada Pentecosten et ebdomada prima XL. Licet nova consuetudo Ecclesie nulla fulta auctoritate... — 21 — ...numeret et quatuor evangeliorum. »

Fol. 21. *Ordo ad clericum faciendum. Oremus, dilectissimi fratres, Dominum nostrum Ihesum Christum... — 21 v^o. Ad barbam tondendam... — Incipit de officiis clericorum de singulis VII ordinibus. Ostiarium oportet percutere cymbalum et aperire ecclesiam et sacrarium, et librum aperire ei qui predicat... »* Suit l'énumération des fonctions spéciales aux différents ordres. — 22 v^o. « *Ordinatio ostiarii... — 23. Ordinatio lectoris... — 23 v^o. Ordinatio exorciste... — Acolitus, cum ordinatur... — 24 v^o. Ordinatio subdiaconi. Sicut qui invitatus renuit, quesitus refugit... Subdiaconus quia manus impositionem non accipit, cum ordinatur, de manu episcopi patenam vacuum accipiat, similiter et calicem — 25 — vacuum. De manu vero archidiaconi accipiat urceolum cum aquamanile ac manutergium, dicente episcopo : Videte cuius ministerium vobis traditur... — ...ut Deo placere possitis. — His dictis, sequitur prephatio. Oremus Deum ac Dominum nostrum, fratres karissimi, ut super servos suos... — ... premia consequantur. — Oremus. Et diaconus. Flectamus genua. — Benedictio subdiaconi. Domine sancte, Pater omnipotens, eterne Deus, benedicere dignare hos famulos tuos quos ad subdiaconatus... — 25 v^o — ...tuam gratiam consequantur. Per. — Tunc det amictum dicendo. (Aucune prière n'est citée.) — Deinde manipulum dicens : Accipe manipulum per quem designatur virtus boni operis. » (Aucune mention des litanies, ni de la tunique, ni de l'épistolier).*

Fol. 25 v^o. « *Ordo qualiter in romana Ecclesia presbyteri, diaconi eligendi sunt. Mense primo, IIII, VII et X, sabbatorum die, in XII lectiones, stacio ad Sanctum Petrum. Postquam antiphonam ad introitum dixerint, data oratione, offert eum archidiaconus pontifici qui ordinandus est dicendo : Postulat mater Ecclesia catholica ut hunc presentem subdiaconum... — Auxiliante Domino Deo et Salvatore... — 26 — ...Verumtamen memor sit conditionis sue. Tunc prosternat se pontifex cum archidiacono ante altare super stramenta cum his qui consecrandi sunt, et scola imponat letaniam. Qua finita, erigat se, et ascendant ipsi electi ad sedem pontificis, et benedicat ad quod vocati sunt, et descendant, et stent in ordine suo... »*

Fol. 26. « *Ordinatio diaconi. Diaconus, cum ordinatur, solus episcopus manus super caput eius imponat qui eum benedicit, quia non ad sacerdotium, sed ad ministerium consecratur. Alloquutio ad populum. Commune votum communis oratio proseguatur... — ...prestante D. n. I. C. — Prephatio. Oremus, dilectissimi, Deum Patrem omnipotentem ut super hos famulos suos quos ad officium diaconatus assumere dignatus es... — 26 v^o — ...credimus offerendos, sua electione iustificet. — Oremus. Et diaconus :*

Flectamus. Adesto, quesumus, omnipotens Deus, honorum dator ordinumque distributor... — 27 — ...per gratiam tuam capere potiora mereantur. Per. » — Aucune solution de continuité dans cette préface de consécration ; aucune mention de la formule : « Accipe Spiritum sanctum ad robur... » — « *Ad consummandum diaconi officium cum stola* : Accipe stolam tuam ; imple ministerium tuum ; potens est enim Deus ut augeat tibi gratiam suam. Qui. — *Alia*. Accipe stolam candidatam de manu Domini... — ...adquirere iustam. — *Benedictio post acceptam stolam*. Exaudi, Domine, preces nostras, et super hos famulos tuos... — 27 v^o — ...exemplum prebere. Per. — Domine sancte, spei, fidei, gratie et profectuum remunerator... complaceant. Per. » (Aucune mention de la dalmatique ni de l'évangéliste.)

Fol. 27 v^o. « *Ordinatio presbyteri. Post lectionem autem et tractum atque letaniam, preparato electo qui presbyter ordinandus est, diaconi more orarium teneat (sic), et presentantibus eum atque ducentibus duobus diaconibus usque ad presbyteros, et duo presbyteri ducant ad sedem pontificis, et ipse se erigens interroget si iustus et dignus sit. Illis autem attestantibus eundem dignum et iustum esse, Dei gracia, eo inclinato imponat manum super caput eius, et omnes presbyteri qui adsunt cum eo pariter, et ille dat orationem. Alloquutio ad populum.* Quoniam, dilectissimi fratres, rectori navis et navigio deferendis... — 28 — ...et ideo dilectionem vestram debetis publica voce profiteri. — Oremus, dilectissimi, Deum Patrem omnipotentem ut super hos famulos suos quos ad presbyterii munus elegit... — 28 v^o — ...ipsius consequantur auxilio. Per. — Oremus. *Et diaconus*. Flectamus genua. — *Oratio*. Exaudi nos, quesumus, Domine Deus noster, et super hos famulos tuos... — ...largitate prosequaris. Per. — Per omnia secula seculorum... Dominus vobiscum... Sursum corda... Gratias agamus. Vere dignum... honorum dator et distributor omnium dignitatum, per quem proficiunt universa... — 29 — ...premia consequantur. Per... »

Fol. 29. « *Hic reflectat orarium super humerum dextrum dicens* : Accipe iugum Domini ; iugum enim eius suave est et honus eius leve. — *Hic induis eum casula dicens* : Stola innocentie induat te Dominus. — *Benedictio*. Deus sanctificationum omnium actor... — 29 v^o — ...Spiritu sancto pleni persolvant. Per. — *Expleta autem oratione, accipiens oleum faciat crucem super manus ambas ita dicendo* : Consecrentur et sanctificentur manus iste per istam unctionem... in nomine D. n. I. C. — *Accipiat patenam cum oblatiis et calicem cum vino, dicat* : Accipite potestatem offerre sacrificium Deo... in nomine Domini. — *Benedictio*. Benedictio Dei Patris et F. et S. s. descendat super vos — 30 — ut sitis benedicti in ordine sacerdotali, et offeratis placabiles hostias pro peccatis et offensionibus... cui est honor et gloria in s. s. A. » — Pas d'imposition des mains pour l'« *Accipe Spiritum sanctum...* » ; aucune mention de cette prière, ni du *Credo*, ni de la promesse d'obéissance à l'évêque.

Fol. 30. *Epylogus breviter digestus*. Quamquam a sanctis patribus in superioribus huius libelli partibus satis sit dilucidatum qualiter clerici vivere debeant, a Deo ut qui hec... — 32 — ...eo opitulante pervenire mereantur. »

Fol. 32. « Ordo ad benedicendam ecclesiam. *In primis erunt parata queque necessaria... et illuminentur duodecim candelæ intus per circuitum ecclesie, et, eiectis omnibus ab ecclesia, solus diaconus recludatur in ea, et episcopus ante fores benedicat aquam cum ceteris* — 32 v^o — *ordinibus, et scola incipiat letaniam dicendo : Christe, audi nos, III vicibus. Sequitur exorcismus salis...* » — 38. « *Deinde vadat pontifex cum clero et populo ad eum locum in quo reliquie preterita nocte cum vigiliis fuerunt...* — 39 v^o — *Hac oratione expleta, ponat episcopus iuxta eas [reliquias] III portiones corporis Domini et III de incenso, et recludantur in confessione ; et, dum recluduntur, interim canant antiphonam Sub altare Domini sedes accepistis, sancti Dei...* »

Fol. 41 v^o. « Post consecrationem ecclesie sequitur benedictio cimiterii... *Pontifex autem benedicat cimiterium hoc modo. Vertat se ad orientem et dicat : Dominus vobiscum. Oremus. Deus, totius orbis conditor...* — 42. *Item vertat se ad occasum et dicat hanc orationem : Domine Deus, Pater omnipotens, trina maiestas, una deitas...* — *Item vertat se ad austrum et dicat hanc orationem :* — 42 v^o — *Domine Deus, pastor eterne glorie...* — *Item vertat se ad aquilonem et dicat hanc orationem. Omnipotens Deus, qui es custos animarum et tutela salutis...* — *Tunc in medio, et dicat hanc orationem. Adesto, quesumus, Domine Deus, officio nostro hunc locum visitanti...* — 43 — *...perpetue felicitatis premia consequantur. Qui.* — 43. *Incipit benedictio tabule...* — 43 v^o. *Benedictio lintheaminum...* — 44. — *Deinde revertatur pontifex in sacrarium donec ornetur ecclesia et accendantur luminaria, et incipiat cantor introitum : Terribilis est locus iste...* » — 46 v^o. « *Ad consecrandam patenam. — Ad calicem benedicendum. — 47. Benedictio nove crucis. — 48. Benedictio corporalis. — Benedictio vestimentorum sacerdotalium. — 48 v^o. Benedictio incensi.* »

Fol. 48 v^o. Préface commune. — 49. Canon de la messe. — Aucune rubrique. — Mêmes signes de croix qu'aujourd'hui, sauf les deux derniers de la petite élévation qui font défaut. — Les paroles de la consécration sont de la même écriture que ce qui précède et ce qui suit. — « *Te igitur... una cum famulo tuo ill. papa nostro et antistite nostro et omnibus orthodoxis.* » — Aucun *Amen* à la fin des prières. — 51. « *Pax ✠ Domini ✠ sit semper ✠ vobiscum. Agnus Dei... (III). Hec sacrosancta commixtio corporis et sanguinis D. n. I. C. sit omnibus sumentibus salus mentis et corporis et ad vitam capessendam eternam preparatio salutaris. Amen. — Oratio ante communionem. Domine Ihesu Christe, fili Dei vivi, qui ex voluntate Patris...* — 51 v^o — *...et a te nunquam in perpetuum separari, Salvator. — Post communionem. Corpus D. n. I. C. quod sumpsi et sanguis eius quo potatus sum, inhereat in visceribus meis, ut non veniat michi ad iudicium neque ad dampnationem, sed proficiat michi ad salutem et ad remedium anime mee. Amen.* »

Fol. 51 v^o. « *Benedictio super cereos in Purificatione sancte Marie...* » — 52 v^o. Ordo in capite ieiunii. *In quarta feria, hora sexta, veniant omnes ad ecclesiam tam clerus quam populus, et diligenter examinatis penitentibus, faciat episcopus sermonem...* » — 53 v^o. « *Benedictio ad flores in ramis palmarum...* » — 54 v^o. « *Ordo in reconciliatione*

penitentium in cena Domini. *Hora diei secunda, assumat episcopus stolam, et preparetur sedes eius intra fores ecclesie, circumstante clero. Sedenteque pontifice, sint presentes in atrio ecclesie qui reconciliandi sunt penitentes...* » — 61. « *Sabbato sancto, hora nona, ingrediuntur sacrarium pontifex, sacerdotes et levite, et induunt se vestimentis sollempnissimis (sic). Benedictio ignis...* » — 63 v°. *Deinde... pontifex vel presbyter... mergat [infantem] tercio, sed et hoc in modum crucis facere debet. Primum in orientalem plagam vertat caput infantis, pedibus in occidentem extensis; secundo in australem, — 64 — tercio in aquilonem partem...* »

Fol. 64 v°. « *Ordo de celebrando concilio et de orationibus primi diei, secundi ac tercii. Hora diei prima, ante solis ortum, eiciantur omnes ab ecclesia, obseratisque foribus, ad primam ianuam, per quam sacerdotes ingredi oportet, hostiarii stabunt, et convenientes omnes episcopi pariter introibunt, et secundum ordinationis sue tempus residebunt. Post ingressum omnium episcoporum, vocentur presbyteri quos causa probaverit introire, nullusque se inter eos ingerat diaconorum. Post hos ingrediantur diacones quos ordo — 65 — poposcerit interesse, et corona facta de sedilibus episcoporum presbyteri a tergo eorum resideant... Diacones in conspectu episcoporum stent. Deinde ingrediantur laici qui electione coniugali interesse meruerunt...* »

Fol. 72 v° à 84. Bénédiction épiscopales. — 72 v°. « *Benedictio in vigilia Natalis Domini.* » — 77. « *Benedictio in sancto Pasche.* » — 79. « *In die sancto Pentecosten.* — Octab. Pentecosten. » — 80. « *De Assumptione sancte Marie.* » — 83 v°. « *In diebus dominicis et cotidianis.* » — 84. « *Super regem.* — *Oratio s. Ambrosii ep.* Summe sacerdos et vere pontifex, qui te obtulisti Deo Patri hostiam puram... — 86 v° — ...ita ut neque esuriam neque siciam in eternum. Amen. — *Alia eiusdem oratio.* Intellectus salutaris est ut prelati suos commendent Domino subditos... — 88 v° — ...et populo tuo preesse voluisti. Qui vivis et regnas... »

Fol. 88 v°. Litanies : « ...s. MARIA ; s. Dei genitrix... — 89 — ...s. Laurenti ; s. Vincenti ; omnes sancti martires ; s. Silvester ; s. Gregori... A spiritu superbie... — 89 v° — Ab omni immundicia mentis et corporis... Ut ecclesiam tuam regere et defendere digneris... Ut clerum et plebem sancte Marie et sancti Vincentii in sancta religione conservare digneris ; Ut cunctum populum christianum precioso sanguine tuo redemptum conservare digneris ; Ut spatium penitentie et emendationem vite nobis dones... Ut gratiam Sancti Spiritus Paracliti cordibus nostris clementer infundere digneris... » La fin des litanies manque : le manuscrit est incomplet.

Ce manuscrit est un pontifical de Grenoble : c'est en effet à cette Église, et à elle seule, que s'applique l'invocation des litanies : « *Ut clerum et plebem sancte Marie et sancti Vincentii in sancta...* » (fol. 89 v°) : on sait que la cathédrale de Grenoble est dédiée à Notre-Dame et à saint Vincent, diacre de Saragosse (*Gall. christ.*, t. XVI, col. 217 et *Instr.*, col. 73 sqq.). D'ailleurs, les différentes mentions des litanies relevées ci-dessus concordent exactement avec celles des litanies qui se lisent dans le bréviaire de Grenoble imprimé en 1513 (fol. LX et LXI). Le manuscrit ne date

pas du XIII^e siècle comme l'affirme le *Cat. gén.* (t. VII, p. 140) : l'écriture (pas d'accent sur les *i* simples, mais seulement sur les deux *i* qui se suivent), la notation neumatique et la décoration (initiales fleuronnées) désignent nettement le XII^e siècle, soit la première moitié, soit le milieu.

Parchemin. — 90 ff. à longues lignes, incomplet à la fin. — 228 sur 159 mill. — Curieuse peinture à demi-page, fol. 49 : le Christ en croix ; pas de nimbe crucifère ; le Christ a les yeux ouverts, les cheveux flottants sur les épaules, le linge jeté autour des reins dépasse légèrement les genoux, les pieds sont posés à plat et attachés par deux clous ; le montant de la croix et le croisillon sont couverts de bourgeons placés symétriquement (pl. XVI). — Jolies initiales fleuronnées dont le champ est peint en vert, vermillon et ocre jaune. Au fol. 2, curieuse initiale I représentant un échassier. — Petites initiales, les unes vermillon, les autres ocre jaune, un certain nombre vertes, — Ça et là (fol. 9, 9v^o, 33v^o, 34, 38v^o, 44, 45v^o, 46, 54v^o), quelques lignes de chant notées : neumes accents français épaissis (Je dois ce dernier renseignement à l'obligeante érudition de M. le chanoine Delaporte, archiviste du diocèse de Chartres).

Rel. veau brun en partie effacé ; filets sur les plats (Chartreux).